

Sammelband

Eby 225.

Vos syphigenia Christi.

I: Gabriele de Groverey circa Eusebius


— de Attributis Divinis. Etiam: Volatilium

S: — de Congregatio Clericorum.

— de Misericordia Solitaria.

Honeij de Veneris orientibus.

Stipendiis dispergitas. Hebreas 10:10. Propterea fratres.



DISPV TATIO
EBRÆO - PHILO -
SOPHICA
adversus Judæos,

Q V A M
DIVINA ANNVENTE GRATIA,

P R A E S I D E
M. IOHANNE HILPERTO,
Sanctæ Linguæ Professore publ.
Ordinario

in Illustri Academia Iulia
publicæ ventilationi submittit

ERNESTVS SONNEMANNVS
Eiltensis,
Ad diem 1V. Junij.



HELMESTADI,
Typis HENNINGI MULLERI Acad. Typ.
cicli c l i i i .



V I R I S

Admodum Reverendo, Nobilissimo, Amplissimo
atque Eminentissimo

DN. STATIO FRIDERICO à Post/
Cœnobii Michaëlitani, quod est Lunæbur-
gi, Cellario dignissimo, Hæreditario
in Hermansburg &c.

Vt Et

Reverendo, Praestantissimo atq; Eruditissimo

DN. ANDREÆ CRVSIONE, Ecclesiae
Christi apud Hermansburgenses Pastori fidelissimo.

Nec Non

Prudentissimo, Spectatissimo atq; Integerrimo

DN. FRANCISCO STRATEMANNO
Reip. Cellensis Senatori gravissimo,

ITEM

Clarisso, Eximio & Humanissimo

DN. M. GUILIELMO MECHOVIO,
Inclytæ Scholæ Cellensis p. t. Rectori
celeberrimo,

Dnn. Mecœnati, Parenti, Affini & Præceptorî,
omnibus & singulis summâ observantia
æternum prosequendis

Academicum hoc exercitium in pietatis & grata mentis
testimonium inscribit & offere

Ernestus Sonnemannus

כעורת השם

THE S I S . I.

Salmum secundum Davidis de nullo alio præterquam de Messia intelligendum esse usque adeò certum & manifestum est, ut id nec antiquiores Iudæi, veritatis superati, unquam ausi sint pernegare: ita enim in ipso Talmude codice c. v. f. 51. a legitur: חנו רבנן משיח בן רור שעירוד להגנות במחרה בימינו אומר לו הקדוש ברוך הוא שאל מני וברך ואתנן לך שנאמר שאל מני ואתננה נזוב נחלהך Docuerunt magistri nostri, Messiae filio Davidis brevi in diebus nostris revelando, dicit sanctus Benedictus ille, pete à me et dabo tibi, quia dicitur (Psal. 11, 8.) pete à me et dabo gentes hereditatem tuam. Eodem modo Psalmum hunc interpretatur antiquissimus liber seu commentarius magnus in Genesin, à Rabba bar Nachmoni, qui circa annum Ch. 300 floruit, conscriptus, in cuius sectione 43. f. 48. a. sq. haec habentur verba: אמר רבינו יונתן שלשה הן שנאמר בהם שאל ואלו הן שלמה ואחו ומלך המשיח שלמה דרכיו בגביעון נראה כי יהו והו אל שלמה בחולום הלילה והוא אמר אלהים שאל מה אתה

לך אחו רכתי שאל לך אות מעם יהוה מלך המשיח הכתוב
ביה שאל מני ואתנה גוים נחלתו R. Ionathan dixit,
tres sunt, quibus dictum est, pete, sunt vero hi ipsi, Salo-
mo, Achaz & Rex Messias. Salomo, quia scriptum est
(1.Reg.iii,5.) in Gibeon visus est Dominus Salomoni in
somnio noctis, & dixit Deus, postula quod dem tibi. A-
chaz, diciture enim (Esa.vii,2.) Pete tibi signum a Do-
mino. Rex Messias, de eo enim dictum est (Psal.ii,8.) po-
stula a me & dabo gentes hereditatem tuam.

II. Antiquis Iudaeorum libris haud immerito
annumeratur quoque Ialkut; et si enim liber ipse, qua-
jam habetur contextus, traditionumque libro illo
contentarum ἡγεμονία sit recentior, scilicet Rabbi Si-
meon concionatorum princeps, qui Francofurti
olim degit: doctrina tamen est antiqua, cum ex ve-
tustissimis Iudaeorum scriptis Siphre, Siphra, Mechila-
ta, Rabboth, Tanchuma, Mischna, Gemara &c. juxta
seriem Bibliorum dicta & explicationes magno la-
bore collectas exhibeat, & Cl. Schindleri nostri ju-
dicio Lex. rad. טקלה complectatur, quicquid bonarum
explicationum V.T. Talmud habet. In hoc itaque,
quem dixi, libro Psalmus secundus aliquoties de Mes-
sia exponitur, v.g. ad 1. Reg. iii. 5. f. 27. col. 4. n. 173.
אמר רבי יונתן שהה שם שנאמר להם שאל ואלו הם שלמה
דאו ומלך המשיח – במלך המשיח כהוב שאל מני ואתנה
גוים נחלתו R. Ionathan dixit, tres sunt, quibus di-
ctum

Quem est p[ro]p[ter]e, qui sunt Salomo, Achaz & Rex Messias. —

De Rege Messia scriptum est: p[ro]p[ter]e à me & dabo gentes h[ab]ereditatem tuam. Ad Es. LIII. 5. p. 53. col. 3. n. 338.

רְבִי הָנוּן בְּשֵׁם רְבִי אֶחָז לְשֹׁרֶת חֲלֻקִים נַחֲלָקָו הַיּוֹסֵרָן
אַחֲרַ לְרוּר וְלְאַבּוֹת וְאַחֲרַ לְרוּר שֶׁל הַמֶּרֶה וְאַחֲרַ לְמֶלֶךְ הַמָּשִׁיחָה

Rab Hunan nomine R. Acha: in tres partes divisae sunt afflictiones, una est patrum, altera est seculi amaritudinis, tertia afflictionum pars tribuitur Regi Messiae; cuius traditionis membrum tertium ibidem mox è Psal. II. quamvis imperite probatur. Ad Psal. II. f. 90. col 2.

רְבִי הָנוּן בְּשֵׁם רְבִי אֶירִי בְּשָׁלַש חֲלֻקִים נַחֲלָקָו
הַיּוֹסֵרָן אַחֲרַ לְמֶלֶךְ הַמָּשִׁיחָה וּכְרַתְיוֹלוֹ שְׁעִתָּה אָוֹרָה קְרוּשָׁה
בָּרוּךְ הָא עַלְיָה לְכָרּוֹת לְ בָרוּת חֲדָשָׁה נְבָהָא אַתְּ הוּמָה יְלָדוֹתָךְ

R. Hunan nomine R. Idi: in tres partes dividuntur afflictiones; una tribuitur Regi Messiae; & cum venerit hora ejus, dicet ei Sanctus Benedictus: meum est fædus novum pangere cum eo, & sic ipse dicit (Psal. 11. 7.) ego hodie genui te.

III. His antiquis adstipulantur mediæ ætatis scriptores celeberrimi, quorum facile princeps est R. Saadias, qui quod singulari doctrina præcelleret, הנא נ sive excellens dicitur, & circa ann. Ch. 927. Academiæ Sorianæ in Babylonia præses fuit; is in comm. super Dan. vii. 13. 14. ita scribit: וארו עס עגני שמיא כבר אנש אהוי ההו משיח צרכנו והלא כחוב על משיח עמי ורופא על חמור אלא ובוא בענotta כי לא ובוא על

kosim

A 3

סוסים בנות ואשר כירב עם ענני שמייא ענני השמות הם מלאכי
צבא השמים וזהו רוח הגדולה שיתן הבורא למשיח כתהיב עם
ענני שמייא או הוא גדור במשל בן עתוק וומין לבושיה כתalg
חוור ושער רושיה כעמר נקי כמשלו בני אודם וער עתוק וומין
הקרבויה כרכובים נאמ ותוה לארני שב ליטני וגמר ולירח
זיהב שלטן שיתן לו שלטנוות וממלכות בכחיב ואני נסכתו מלבי
ונוטר *Quod dictum est* (Dan. vii. 13.) *cum nubibus cali tan-*
quam filius hominis veniebat, eo intelligitur Messias qui
est justitia nostra. Annon verò scriptum est de Messia
(Zach. ix. 9.) quod sit pauper & infidens asino? nempe
innuitur quod venturus sit cum humilitate, quia non
vehetur equis per superbiam; quod verò dicitur, cum nu-
bibus cali, ecce illae sunt Angeli exercitus cælorum. Atq.
hæc magna est maiestas, quam creator Messiae donabit,
sicut scriptum est, cum nubibus cæli: tunc enim magnus
esse traditur per metaphoram, uti quoq. describitur an-
quus dierum (Dan. vii. 9.) quod vestimentum ejus sit
candidum quasi nix, & capilli capitis ejus quasi lana-
munda, ad modum filiorum hominis. Et ad antiquum
dierum adduxerunt ipsum, juxta illud (Psal. cx. 1.) dixit
Deus Domino meo, sede ad dextram meam &c. & ipsi
data fuit potestas, ut daret ipsi potestatem & regnum,
sicut scriptum est (Psal. ii. 6.) ego vero inunxi Regem
meum.

IV. R. Salomo Iarchi ad initium Psal. II. sic
commentatur: רבוֹתִינוּ דרשו את הענין על מלך המשיח
Magistri nostri mysticè rem hanc exposuerunt de Rege
Messia.

Messia. Aben Esra sibi non constat, ut ex ejus commentarijs ad hunc Psal. liquet, nunc enim de Davide, mox de Messia exponit, quam sententiam priori præferre videtur; hinc ab initio quidem commentarij sui ait: הגון בעינו כי זה המזמור חיבורו אחר מהמשוררים על רוד ביום המשחו על כן כתוב אנו היום ולירתיך Videtur mihi Psalmus hic à quodam cantore compositus esse de Davide, quando in regem unctus est, idè dicitur v. 7. ego hodie genui te; diffisus tamen huic interpretamento statim addit או על המשיח aut de Messia. Et paulo inferius postquam dixerat, hunc Psalmum dictum esse à quodam cantore de Davide, aut Davidem de semetipso vaticinatum esse, subiicit hæc notatu digna verba: ואם על המשיח הרבר יותר ברור si de Messia interpreteris, sensus est magis perspicuus & expeditus. Ita Aben Esra, quem secutus Moses Maimonides itidem ad Messiam refert in סנהדרין cap. x. אנו אנו סתאות וטקדים ליום המשיח לרוב הבהירונות והעושר ולא שנרכב על סוסים ולא לשתחווין במנוי הזמר כמו שמחשכים מבולבי חרעת אבל התאו הנבאים וחסידים ומוות המשיח ורכתרה תשוקת אליו למה שיתהוו בו מקבץ הצוקים והחנינה חטוכה וצורך והמלך ורוכב וורשו והפלגתו חכמתו וקרבתו אל האללים כמו שנאמר והוא אמר אליו בני אהרן Nos non desideramus & expectamus diebus Messiae amplos redditus & divitias, neq; ut vebamur equis, nec ut vinum bibamus inter musices genera, prout

prout existimant, qui perturbata sunt mente : sed prophetæ ac justi expectaverunt dies Messiae & vehemens fuit eorum desiderium ad illos, quia tunc congregaturus est justos & erit regimen bonum, & rex justus ac magna ejus possessio ac distributio sapientiae ejus atq; approquinatio ejus ad D E V M, prout dicitur (Psal. n. 7.) Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Tandem notari quoque potest testimonium Iudæi recentioris Menasse ben Israel, Archisynagogi Amstelodamensis, qui l. III. de Resurr. mort. c. v. hunc Psal. de Messia itidem explicat ; David, inquit, Psalmo secundo meminit belli hujus (Gog & Magog) cum ait : omnes gentes & nationes congregabunt se adversus D E V M & Messiam ad excutiendum ejus jugum. Nempe quando Messias omnes gentes in potestatem suam redegerit, tum rebelles tumultuabuntur, & bello aggredientur Hierosolyma, eaq; obsidione undiq; cingent. At Dominus, inquit David, ridebit illos & perturabit rebelles æstu iræ suæ ob regem suum Messiam, qui enarrabit decretum Domini, quo videlicet ipsum in filium sibi elegit eiq; dedit possidendos populos omnes, quos confringet virga ferrea. Hac de cassa monet prudentiores ex populo, quiq; non loquuntur inane, ut submittant se Deo eumq; cum reverentia ac tremore colant & filij sui Davidis manus osculentur, & agnoscent eum protectorem ac defensorem suum esse --- ne cum cæteris pereant.

V. Quem-

V. Quemadmodum vero Iudæi Psalmum II.

de Messia interpretantur, ceu ex ante allatis testi-
moniis constat: ita etiam ^{γένεντες} N. T. scriptores
eundem de vero & unico Messia Iesu Nazareno ex-
plicant, hinc ut Petrus & Iohannes cum reliquis
contradictionem Iudæorum & gentium adversus re-
gnum Christi exponerent, & quod David olim fu-
turum prædixerat, reapse factum esse demonstrarent,
*Tu Domine DEVIS, inquiunt, per os Davidis pueri
tui dixisti, ut quid fremuerunt gentes & populi medi-
tati sunt inania, astiterunt reges terræ, & principes
coacti sunt in unum adversus Dominum & adversus
Christum ejus. Coacti sunt enim in veritate adversus
sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodesq; &
Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel, Act. iv. 25.*
Sic Paulus Ebr. I. totus in eo est, ut Christum rebus
creatis omnibus antestare probet, quo fine cum
cum Angelis comparat, è quorum ut & creaturarum
omnium numero ut eum eximat, negat ulli creaturæ
appellationem filii Dei competere, talis videlicet fi-
lij, qui à Deo genitus sit, idque probat ex Psal. II. 7.
quo Servatori nostro dictum est: *filius meus es tu,
ego hodie genui te.* Rursus C. V. vocationem sacer-
dotij ad Christum pertinere probaturus v. 5. ait:
*Christus hunc honorem non arrogavit sibi ut fieret sacer-
dos summus, sed Deus vocavit ipsum, is videlicet, qui
dixit ad eum, filius meus es tu, ego hodie genui te.*

B

Atque

Atq; ita de Psalmo ii. non his modo sed alijs quoq; locis sentiunt Christiani, quib; se recentiores opponunt Iudæi, è quibus R. Lipman in ספר נצחון ad h. l. acri-
ter in Christianos invehitur : וְאוֹ הַרְבָּה נִצְרוֹת
להתייח וְכָבוֹד כָּלֵפָי מַעֲלָה לְוָרֶם שֵׁשׁ בֶּן אֱלֹהִים שְׁנוֹלֵךְ
וּמִפְרַשִּׁים עַל הַנִּצְרוֹת וְעַל הַוָּרֶם *Venient multi*
Christianorum sparsum verba contra Deum, dicentes
esse Deo filium, qui natus sit, ac de Nazareno exponunt, er-
ror autem est in manu ipsorum. Cum primis verò R. David Kimchi in five שאלות והשוכת questionibus & responsionibus ad Ps. omnem ingenij vim intendit, ut Christianorum sententiam evertat, hinc aliquot rationibus in medium allatis probare satagit, Psalmus ii. de nostro Servatore exponi non posse, quæ quid in recessu habeant, breviter hac vice expen-
demus.

VI. Primò itaque quæ Christianorum senten-
tia sit, in hunc modum exponit : הנוצרים מפרשים
אותו על אמונהם והפסיק אשר הם מכיאין אותו ראה ממע
ונושין בו ספק הוא אמר אליו בני אתה כי לא יתכן לו מר בן
האל עלبشر ודרם כי הבן הוא ממי הארץ כי לא יתכן שהאמיר
הסוט הזה בן ראובן אם כן למדו שאמר לו האל בן ארדה
צרייך שהיה מאמין ויוהוה אלה כמותו ועוד שאמר אני הוות
Christiani interpretantur hoc de fide sua, Versus verò, ex quorationem adferunt, *quoniam veluti fundamento aut fulcro nituntur, est iste*
Dominus

Dominus dixit ad me, filius meus es tu &c. putant enim
minus recte dici filium DEI de carne & sanguine (hoc
est homine. Conf. Matth. xvi. 17. Eph. vi. 12.) cum filius
sit ex essentia seu substantia patris, nec enim recte dixe-
ris, equus est filius Rubenis. Quod si res ita se habet,
necessum est, ut is, cui Deus dixit, filius meus es tu, sit
ex ejus essentia atque a deo DEVIS sit sicut ille. Prae-
terea adferunt illa verba, ubi dicitur, ego hodie genui te,
& afferunt genitum esse ex substantia gignentis.
Enimvero ita est, ut Kimchi afferit; et si enim Iohannes
Calvinus ejusque sequaces Psalmum hunc prima-
riò & secundum literam de Davide, secundariò au-
tem & sub typi ratione de Christo interpretantur, à
plerisque tamen Patribus & Theologis de Messia no-
stro, coelesti ecclesiæ suæ Rege, in sensu literali expo-
nitur, idque tam confidenter, ut Hieronymus eum
audaciorem vocet, qui post Apostolos aliud sentire velit.
Quam sententiam ceu veram & nos amplectimur,
nec tantum nobis sumimus, ut quod vaticinium in-
fallibiles & θεοφόρου N. T. scriptores in Christo
completum esse disertè docent, ad alium in sensu
proprio referamus, præsertim cum Messias hic v. 7.
Dei filius & à Deo genitus dicatur. Absolutè enim
necessarium est, ut verus & naturalis filius ejusdem
eum suo patre essentiæ sit, sive eandem cum patre
essentiam & naturam habeat, id enim de veri & natu-
ralis filij ratione & essentia est, ut videlicet medi-

ante verâ & naturali generatione gignentis substantiam in se recipiat, sive ex natura & substantia patris generetur, & quod inde sequitur, patri quoad essentiam similis sit. Hinc uti verus & naturalis filius hominis verus homo est, atque omne id habet, quod in patre essentialiter & necessariò est: ita quoque verum & naturale Dei filium, utpote ex substantia Dei Patris genitum, verum quoque Deum esse, & totam divinam essentiam accepisse opôrteret. Cum ergò hoc in loco DEVS Pater Messiae dicat, tu es filius meus, ego hodie genui te, necesse profectio est, ut Messias ejusdem cum Deo Patre essentia sit, atque adeo eandem cum Patre divinam æternamque naturam habeat.

VII. Nunc Kimchij rationes producemos, quarum prima haec est: אמור להם כי לא ויהן באלוחות אבון כי האלחות לא הפריר כי אין נוף שיפור אלא אחר הווא בכל צד אהדרות לא ורבה ולא ימעות ולא חוליק Dic illis, (Christianis) minus rectè in divinitate statuitur pater & filius, quia divina natura nullam separationem admittit, cum non sit corpus, quod dividiri potest, sed omnibus unitatis modis unum quid, unde nec multiplicatur, nec dividitur, nec diminuitur. Putat itaque Kimchi, quantum hinc datur intelligi, Christianos Trinitatem personarum in divinis afferentes Deitatem dividere, nec fieri posse, ut Pater Filium à se distinctum

distinctum genuerit, quin diversi sint dij; quod quidem argumentum Kimchi primus non excogitavit, sed jam diu ante eum antiquissimi hæretici Christiani objecerunt: meminit enim Tertullianus l. adversus Praxeam c. iii. quorundam, qui non intelligentes, unicum quidem Deum, sed cum unicopiam esse credendum, expavescent ad unicopiam, numerumq. & dispositionem Trinitatis divisionem presumunt unitatis. Idem Mohammedani, ceu constat ex Surata quinta, & nostra ætate Sociniani vehementer urgent. Sed egregie Kimchi fallitur, ut ex ipsorum etiam Iudæorum testimonio nobis constare potest, qui ingenuè factentur, Christianos ita Trinitati favere, ut tamen ab unitate essentiæ divinæ propterea non recedant, quos inter est Salman Zevi, qui in tractatu, quem Jüdischer Tiraik inscripsit, & Samueli Friderico Franz von Dettingen / Iudæo ad Christi fidem converso opposuit, c.v. n. 4. de proselyto illo adversus Iudæos differente ita scribit: יְהוָה כּוֹמֵט אֶל־עַלְיוֹן לְשִׁבְחָה, sage / mir sagen / וּרְקָם, שָׁהֵם מִשְׁתְּחֹווֹת הַכְּלָי, das sey teutsch/ die Christen neigen sich zu Thorheit vnd eitelkeit / vnd beten zu einen Gott / der nicht helfsen kan / vnd darnach speien mir בְּרִית־פָּתָח (dreimahl) auf wieder Christus vnd alle die an ihn gleuben / vnd daß Wort וּרְקָם sey so viel in der Zahl als יְהָוָה so fluchen vnd vermaledeien mir ihm heimlich. Respicit hic Iudæus ad precationem Iudæorum, quæ incipit ab עַלְיוֹן לְשִׁבְחָה & in hodiernis precum Judaicarum libris cum hac

עלינו לשבח לארון הכל לחת גוולה **lacuna legitur**: **לְוַיָּצֵר בְּרֹאשֵׁית שֶׁלְאָה עָשָׂת כְּגַוְוי הָאָרֶץ וְלֹא שָׁמָנוּ**
כמשפחות הארץ שלא שם חלקנו בחסן גוולינו בכלי
המנם שם משריים אנו משהחים לפניו מלך מלכים
*Nobis incumbit laudare Dominum universi,
& dare ei dignitatem, qui omnia ab initio creavit, quod
non fecerit nos tanquam gentes terrarum, nec posuerit
nos in familiis terrae, nec collocauerit partem nostram
inter illas & sortem nostram inter illos, qui adorant
..... nos vero adoramus Regem omnium regum.
Quod hic mysterium lateat, & quomodo lacuna
haec suppleri debeat, Cl. Buxtorfius in abbrev. ישנו
nobis his maximè verbis edifferit: in libro precum
Iudaicarum extat quedam precatio incipiens, in
ea verba quedam sunt, quæ olim expresse in libris pone-
bantur, postea metu Christianorum fuerunt omessa, re-
licet spatio vacuo, ut monerentur sive pueri sive adulti
simpliciores, ibi aliquid deesse. Verba omessa sunt:
עלינו להבל וריך ומתפללים לאו ושיינ
vanitatem & inanita-
tem, & eum qui non potest servare. Hæc etsi in ge-
nere de idolis dicantur, tamen occulte in Iesum contorta
sunt, quem his titulis insigniunt. Nam per gema-
triā valet 316. totidem ישנו. Hæc cum intelligere anim-
adverterent Christianos, in libris editis omiserunt. Est
penes me exemplar antiquum, in quo expressa sunt, vidi
& in Iudeorum libris calamo adscripta. Hinc satis, ut
puto,*

puta, liquet, quid sibi stolida gens Iudaica corruptione
salutaris hujus nominis velit. Vindicem experientur
aeternum, cuius gloriost nominis aeternam gloriam, quan-
tum in se, p. ssundant.

II X. Sed revertamur ad nostrum Salman, is
inter alia ad hanc objectionem ita respondet: Dar-
auff sag ich / daß es ein öffentlicher טָרַשׁ (mendacium)
ist — wir gehen nicht mit solchen הַבְּלִים (vanitatibus)vmb/
denn die Christen neigen sich zu G. Ott erschaffer Himmel vnd
Erden/das sie aber כֹּוֹצֶעֶן ישׁוּעָה (Iesum Nazarenum) vor einen
וְלִשָּׁה (personam Trinitatis)machen/verleugnen sie darvmb/
daß חֲדָרוֹת (unitatem) nicht. Ecce vel ipso Iudæo
teste, Christiani Trinitatem personarum ita adstru-
unt, ut tamen DEI unitati non aduersentur, quod
liquido patebit, si rationem Kimchij in formam Syllo-
gismi redactam nihil adversus Christianos conclu-
dere ostenderimus. Argumentum est tale: Vbi sunt
distincta οὐφισμένα, quorum unumquodque est DEVS,
ibi sunt diversi & distincti Dii. In divina essentia sunt
distincta οὐφισμένα, quorum unumquodque est DEVS.
E. ibi sunt diversi Dii. Negamus Majorem, ad hoc
enim, ut vere & essentialiter tres Dii sint, non sufficit
esse tria οὐφισμένα, sed præterea requirirur, ut illa tria
divisæ quoque sint essentiæ, sive ut essentia divina
in illis tribus sit multiplicata, quemadmodum An-
dreas, Conradus & Iohannes tres diversi homines
sunt, quia natura humana in illis tribus est multipli-
cata, sive quia illi tres distinctas & numero differentes na-
turæ

turas habent. In Trinitate vero essentia divina est
indivisibilis , indistincta & numero una , quomodo
ergo ibi erunt tres Dii cum , uti dixi , plura , quam tres
subsistendi modi ad Deorum pluralitatem requiran-
tur. Quod si Christiani uti personas , ita quoque
essentias in Deo distinctas agnoscerent , jam Deos
multos statuerent , & deitatem dividerent , quod ta-
men ab omnium Christianorum professione est alien-
nissimum , utpote qui essentiam divinam simplicissime
unam sine ulla sui multiplicatione , divisione & com-
positione in tribus distinctis personis subsistere fir-
miter credunt. Nec est , quod Iudaei modum , quo-
modo essentia divina unica sit , & in tribus distinctis
personis existat , ratione sua perscrutari velint , recte
enim auctor libri p. i. §. 99. אן בעבורת החל נihil valent in cultu DEI opinio , ratio & sapientia propria . Et R. Schem Tof. præf.
libri More Nebohim הולך בחקורה העיונית הולך בלי משען ומשענה והוא כהולך בחזי הלולדה במרבר וחורי
במקום חסר ענק וערפל כי זה האיש ולך לאבדון וופול
במהמורות כל היקום : qui (in rebus Theologicis)
sequitur rationem & speculationes suas , is incedit sine
baculo & scipione , est j. similis homini , qui solus iter facit
per desertum in loco obscuro & caliginoso , hic enim va-
det ad suum exitium , & in pericula multa seu scrobes
incidet. Humanas ergo de hoc cælesti mysterio ra-
tiocinatio-

tiocinationes valere jubeant, & revelanis DEI au-
toritate unicè innixi cum divini numinis reveren-
tia in ejus verbo acquiescant, Angelos imitati , de
quibus Iudæi scribunt: בָּרוּךְ הוּא מֶרְכָּב הַכָּל כשהקרוש שותקין ומלאכי השרת מרכבי ס בקול נמוך
cum Sanctus Benedictus ille loquitur, omnes silent, ipsiā Angeli ministerii voce submissa loquuntur; aut majores suos, qui fide curiositatis experite scripturam suscipiebant, & pro ea grates Deo soluturi subinde ingeminare solebant: בריך רחמנא דיבך לן אורותא Benedictus fit Deus misericors, qui dedit nobis scripturam: id quod in omnibus à Deo revelatis mysterijs meritò locum invenire debet.

IX. Altera ratio Kimachii desumpta est ab eo, וועוד אמרו גייננס טמפורע שיור גינט גיטו: quod gignens tempore sit prior genito: וועוד אמר קורט לבן בוטזומכו האבא יצא הכהן ואפערעל פיש לא להם האב קורט לבן יתקן זה בקריאת השמות כי לא וקרא אב ער שיתויה לו בן ולא וקרא בן אם לא יהירה לו אב מכל מקומות אוטו שוקרא אב בשחריר הכהן חזון קומס בומן בליע ספק:
Præterea objice illis, pater tempore prior est filio, ex potentia patris egreditur filius, quamvis hic absq; illo non potest esse aut appellari (nec enim quis dici potest pater, nisi habeat filium, nec filius, nisi habeat patrem) nihilominus is qui dicitur pater, prior est tempore filio sine omni dubio. Multa hic inculcat Kimchi, quæ extra controversiam sunt, & à Christianis libenter conce-

duntur 1. quod pater & filius sint relata, quorum
esse consistit in mutua referentia ad se invicem: pater
enim nihil aliud designat quam respectum ejus, qui
genuit, ad eum, qui genitus est; & filius designat
respectum ejus, qui genitus est, ad eum, qui genuit.
2. quod convertantur & dicantur πέρι ἀντιφονῶν,
quam relatorum proprietatem Aristoteles adferit in
Categor. cap. de relat. πάντα τὰ πέρι την πέρι ἀντιφονῶν
λέγεται, οἷον ὁ δέλος δεσπότης δέλος λέγεται, καὶ δεσπότης τὸ δέλος
δεσπότης· καὶ τὸ διπλάσιον ἡμίσιος διπλάσιον, καὶ τὸ ἡμίσιος διπλά-
σις ἡμίσιος· καὶ τὸ μείζον ἐλάττονος μείζον, καὶ τὸ ἐλάττον μείζονος
ἐλάττον, ὥσπερ τὸ δὲ καὶ ὅπερ τὸν ἄλλων, *Omnia quae sunt ad ali-*
quid, reciprocantur: veluti servus domini servus, et vi-
cissim dominus servi dominus; ut duplum simpli du-
plum, sic simplum dupli simplum est; item majus mi-
nore majus, et minus majore minus dicitur, similiter et
in aliis. Conf. V. Met. c. 15. ubi de patre & filio idem
affirmatur. 3. Quod quantum ad ipsam relationem
sint simul, ita enim rursus Aristoteles: δοκεῖ δὲ τὰ πέρι
τὴ ἀμφὶ φύσει ἔναις ἀμφὶ γράμποις τὸ δέ τοι καὶ ἡμίσιος· καὶ ἡμί-
σιος ἔντος διπλάσιον δέ τοι· καὶ δεσπότης ἔντος δέλος δέ τοι καὶ δέλος
ἔντος δεσπότης δέ τοι. ὑμοίωσις δὲ τέτοισι καὶ τὰ ἄλλα· καὶ συνανάγεται
δὲ ταῦτα ἄλληλα· μὴ γάρ ἔντος διπλάσιον τὸν ἔντον ἡμίσιον, καὶ ἡμί-
σιος μὴ ὄντος τὸν δέ τοι διπλάσιον, ὥσπερ τὸ δὲ καὶ ὅπερ τὸν ἄλλων
τοιαῦτα, quae sunt ad aliquid, simul sunt natura, simul
atque enim duplum est, simplum est, et si simplum est, du-
plum quoq; est: et si dominus est, servus sit neceſſe-
est et vicissim, similis cæterorum ratio est. At getiam
tollunt

tollunt hæc sese mutuò, nec enim sublato duplo simplum
esse potest, nec sublato simulo duplum; eadem est aliorum
ratio, quæ sunt ejusdem generis. 4. Quod quantum ad
subjectum, unum altero prius sit; sic enim persona
patris tempore prior est persona filii & ejus simul
caussa, cùm persona patris personam filij genuerit,
quod verum est in generatione rerum sublunarium,
minimè autem in generatione Filij Dei æterna, ubi
nullum ante & nullum post, nihil prius & posterius
est. In creatis res genita prius non fuit, postea
verò per generationem à non esse ad esse per-
ducitur; hæc tamen imperfectio in generationem
divinam non cadit, est enim æterna; æternitas au-
tem in Deo uti duratio est plane indivisibilis, & in
simplici fixoqué rū terminatur, ita per eam essentia
divina ipsique actus, qui intra divinæ essentiæ
complexum volvuntur, fluxum posterioris ad prius
excludunt. Removeat ergo Kimchi à supernaturali
illa generatione prius & posterius, ponat verò divi-
num, hoc est, cum essentia divina ejusque summa
eminētia congruentem generandi modum, & ha-
bebit adhuc veram generationem, cum primis quia in
tempore produci ad rationem generationis ut sic non
pertinet, nec illi necessariò, sed ex accidenti tantùm,
nempe propter finitatem rerum creatarum competit.

X. Neque verò ista Iudæis displicere debet
responsio, cum ipsi alias haud inviti fateantur, quòd

propius ad DEVM acceditur, hoc minus admitti ea,
qua in creaturis conspiciuntur v. g. differunt in hu-
manis essentia, intellectus & intellectio, ipsaque in-
tellectio est aliquid essentiæ cognoscenti superad-
ditum; at in DEO essentia, intellectus & intellectio
coincident & sunt à parte rei unum idemque, quod
non tantum Arist. docet xii. Met. c. 9. verum etiam
הקבָה מכיר כ. 12. §. 12. יסורי תורה כ. 12. §. 12.

אמתו ווועג אותה כמו שהיא ואינו ווועג ברעה שהיורה חוץ
מןנו כמו שהוא וווערים שאין אלו ווועתנו אחר אבל הבורא
זה הוא ווועתו ווועיו אחר מכל צד ומכל פנה ובכל דרך:

*Sanctus Benedictus ille intelligit Veritatem suam atque
cognoscit eam ut reipsa est; neq. intelligit notitia à se
distincta ut nos cognoscimus, quia nos & intellectus
noster non sunt unum: at creator excelsus, ipse, intel-
lectus atq. vita ejus sunt unum quid omni modo, respe-
ctu atque ratione unitatis. Pariter §. 13. זה הוא ווועג והוא
ווער והרבר זה אין כח בפה לאמרו ולא באזן
היריע ipse & intelligens, & in-
telligibile & ipsamet cognitio, omnia unum sunt. Et ne quis
modum investigatum iret, his maximè verbis præca-
vere voluit §. 14. והרבר זה אין כח בפה לאמרו על בריו:
לשטוע ולא כלב אדים להכירו על בריו: Hæc autem res non
potest ore proferri, nec auribus usurpari aut mente
hominis perspicue comprehendendi. Quod si autem juxta
ipsos etiam Iudeos ob singularitatem essentiæ di-
vinæ res aliter sese habent in divinis quam in huma-
nis,*

nis, si ob intellectus nostri imbecillitatem non satis
assequimur, quæ divinæ essentiæ ratio sit, cur illi ex
generatione humana divinam quoque æstimant, &
uti in humanis pater tempore filio prior est, ita idem
in divinis obtinere debere tantopere urgent? Quan-
quam quid multis verbis opus? cum argumenti
Kimchiani vanitas ex recta ratione ostendi, multisque
instantiis è natura petitis evidenter monstrari
possit, non omne quod ab alio producitur, eodem
posterior esse tempore; nam fulgor solis est à sole, ri-
vus est à fonte, calor ignis ab igne, ita tamen ut nec
fulgor nec rivus nec calor principio suo tempore sit
posterior. Proinde falsa est major in hoc argumen-
to Kimchij: Quicunque est ab alio, illi coæternus
esse nequit, à quo est. Messias est ab alio nempe
Patre E. patri coæternus esse nequit; falsa, in-
quam, est major, non enim repugnat, aliquid ab
alio esse, ut tamen duratione eo non sit posterior,
quod tamen perpetuæ veritatis est, ut etiam creatura
à Deo ab æterno potuisse produci.

XI. Frustra ergò est Kimchi, quando in hunc
modum pergit: זאך הָאֱלֹהִים שָׁתְּחַת אֶתְמָרִים וְאַתָּם קֹרְאִים: לֹא אָב וּבֵן וּרוּחַ הַקְּרָשׁ שָׁתְּחַת קֹרְאִים לֹא אָב קָרֵם לְחַלֵּק
הַאֲחֶר שָׁתְּחַת קֹרְאִים לֹא בֶן כָּא הִוּ כָל זָמֵן שְׁנִיהָה כָּא
קֹרְאוּ לְהָם אֲחָתָם חָמָס וְלֹא תְקֹרְאוּ לְהָם אָב וּבֵן וְלֹא יוֹלֶד
וְיֹלֶד כִּי חִילֵד קָרֵם לְיֹלֶד בְּלֹא סְפָק: *Quod si res ita se-
habet*

habet, Deus ille, quem vos dicitis Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, secundum eam partem, qua Pater dicitur, prior est pars altera, quam Filium dicitis. Quod si ambo semper fuerunt veluti unus, dicendi erunt gemelli fratres, non vero pater & filius, nec gignens genitus, quia generans sine dubio prior est generatio. Cum enim hoc fundamentum jam ante a nobis subratum sit, quicquid illi Kimchi superstuit, per se corruere oportet. Absurdè autem personas Trinitatis tres partes Deitatis vocat, quæ est antiqua illa hæresis, de qua Augustinus l. de hæresibus ad Quodvultdeum c. LXXIV. Est alia hæresis, quæ triformem sic afferit DEVM, ut quædam pars ejus sit Pater, quædam Filius, quædam Spiritus Sanctus, hoc est, quod Dei unius partes sit, que istam faciunt Trinitatem, velut ex iis tribus partibus compleatur DEVS, nec sit perfectus in seipso vel Pater, vel Filius, vel Spiritus Sanctus. Quando enim Christiani afferunt tres in essentia divina esse personas, non est ibi divisio aliqua essentiæ divinæ, ac si quædam particula divinitatis sit in una persona nempe in Patre, particula quædam in Filio, quædam in Sp. S. sed tota essentia divina & quidem indivisa numeroq; eadē in singulis illis est indivisibiliter: quomodo ergo personæ illæ divinitatis, quæ eminentissimo modo una est omnemque divisibilitatem prorsus excludit, partes esse aut dici possunt? Quorsum & hoc accedit, quod ex quibus aliquid tanquam

tanquam ex partibus constat, in ea etiam possit resolvi; essentia vero divina in personas non potest dividiri E, non sunt ejus partes. Quod vero de gemellis habitat, id plus quam in eptum est: gemelli enim sunt quidem tempore simul, at quia neuter alterum ex sua substantia produxit, hinc neuter alterius pater aut filius est. Hic vero diserte dicitur, quod DEVS Messiam ex sua substantia produixerit aut genererit, quod profecto non admittit, ut gemelli fratres dici possint.

XII. Hisce duobus argumentis inductus Kimchi proprium verborum sensum deserit, & Messiae aeternam generationem non nisi parabolice explicandam esse contendit. Verba ejus sunt isthac:

זהו שאמר שלמה ותכן לומר בן האל על דבר שאין ממי
האלות אמר להם כי לא נוכל לדבר על האלוהות אלא על
דבר ממש כמו שאמרנו לעלוי פי ה' עוני ה' אוני ה' והרומני
לוּה ו/orוע הוּא שאינו אלא על דבר ממש Si quis dicat minus recte DEI filium appellari, qui non est ex essentia Deitatis productus, responde illi, non posse nos de Deitate loqui nisi per modum parabolae, que madmodum Deo quoque tribuimus oculos, os, aures & similia, que non nisi tropice intelligenda sunt. Scimus equidem textus sacri litterae non semper in haerendum esse, & approbamus id quod ex Talmude R. Asarias adfert in אמר כיינה כ. XLV. p. 145. b. בלא מהתרגום פסוק צורותנו חרו זה בראי qui

qui textum semper iuxta literam interpretatur, mendax est, ob rationem ibidem additam שותה הטעם כי אי אפשר בו מבלתי impossible est, ut id citra sensus corruptionem fiat; nec tamen citra urgentem necessitatem à proprietate vocum recedendum est, si enim, ut recte Manasse ben Israel l. i. de Resurrect. mort. p. 38. scribit, unicuique pro arbitrio suo liceat sensu allegorico explicare sacras literas, quae certitudo explicationis erit? sensum, quem quisque volet, sibi finget, unde in infinita et innumerabilia nos incidere necesse erit absurdum. Nempe tunc demum à sensu proprio recedere licet & confugere ad metaphoricum, quando propria vocum significatione retenta textus recte rationi manifestò contrariatur, aut ijs quae alibi diserte scripta sunt, aperte repugnat, cuius rei exemplum SS. nobis suppeditat, quando membra corporis humani Deo tribuit; ibi necessariò ad tropicam significationem recurendum est dupli de causa 1. quia alias SS. sibi aperte contradiceret, quippe quae multis in locis aliis DEVM corpus esse disertè negat, teste vel ipso Maimonide l. supra citato c. 1. §. 7.

הרוי מבורש ב תורה ובכינויים שאין הקבה גוף וגוניה שנאמר כי ה' הוא אלוהים בשמות ממעל ועל הארץ מתחרך והגונף לא יהיה בשתי מקומות ונאמר כי לא ראותם כל תמונה ונאמר ואל מי תרמיוני ואשתו/ ואילו היה גוף והו דומה לשאר גופין/ Ecce expositum est in legе Prophetis Sanctum

Sanctum Benedictum illum non habere corpus, juxta illud
quod dicitur (Deut. iv. 39.) Dominus est Deus in celis
superne & in terris inferne; corpus autem non est in duo-
bus locis. Item (Deut. iv. 15.) non vidistis ullam imagi-
nem. Et dictum est (Es. xl. 25.) Cui assimilaretis me
aut aequalis essem. Si autem haberet corpus, similitu-
dinem haberet cum reliquis corporibus. 2. quia ex recta
quoque ratione constat DEVM esse spiritum, spiri-
tus autem est substantia immaterialis sive partium
physicarum materiae & formae expers, qui quidem
conceptus spiritus quidditativus est, qui primò
omnium ab intellectu nostro, spiritus essentiam in-
dagante, concipitur, spiritum in esse spiritus consti-
tuit, à reliquis omnibus, cum primis à corpore spe-
cie opposita essentialiter distinguit & reliquorum
attributorum in spiritu radix atque origo est. Hinc
fit argumentum: Omnis spiritus est immaterialis
& in corporeus. DEVs est spiritus. E. Deus est immma-
terialis & incorporeus. Ne ergo DEVM contradic-
tionis accusemus, & rectæ rationi adversemur,
membra humana Deo tributa sensu parabolico ex-
plicare oportet, uti ipse quoque facit Maimonides
I. c. §. 8. אם כן סחו זה שכחוב כתורה יתחת רגליו וכתוים
באצבע אלהים ו/or ה' עני ה' אוני ה' וכיווץ ברכבים הללו
הכל לפיה רעתן של בני אדם הוא שאינו מכירן אלא הנפוח
ובברות תורה כלשון בני אדם והכרל' כינויים ההם:

D

Sita

Si ita se res habet, quidnam sibi vult, quando scriptum est in lege (Ex. xxiv. 10.) & sub pedibus ejus. (Ex. xxxi. 18.) scriptae digito DEI, (Psalms. viii. 7.) manus DEI. (1. Reg. ix. 3.) oculi DEI, & id genus alia. Omnia ista dicuntur juxta hominum notitiam, qui corpora tantum apprehendunt, & loquitur lex lingua aut phrasim hominum, cunctaque sunt allegorica. Similem contradictionem & manifestam absurditatem ostendant nobis Iudei in generatione Filij Dei, & dimittemus propriam vocum significationem; aut si hoc praestare nequeunt, uti eos non posse certi sumus, nullam nobis succensendi causam habent, qui simplici naturalique vocum significationi inhaerere malimus, quam ad instar incredulorum & fidei diverticula querentium, ea quae clarissimis verbis dicta sunt, eludere.

XIII. Sed pergit Kimchi in explicanda parabolam: וְכֹךְ הוּא וַיָּרֶא מָשֵׁל כִּשְׁאָמֵר בֶּן אֱלֹהִים בְּנֵי אֱלֹהִים פָּרוֹשׂ מֵשָׁה מִצּוֹתָו וְשִׁלְחוֹתָו קָוָרָא לוֹ בְּנֵיכֶם שָׁבֵן עֲשָׂה מִצּוֹתָה אֲבָבָל לְפִיכְךָ קָרָא לְכָכְבּוֹם בְּנֵי אֱלֹהִים וְכֹן כְּשֻׁעוֹרָה הָאָרֶם מִצּוֹתָה הָאָלָקָוִת לֹו בְּן לְפִיכְךָ אָמֵר לוֹ בְּנֵי אֶתְרָה: Modus autem parabolæ est iste, quando S. aliquem vocat filium Dei, is intelligitur, qui mandata Dei facit sicut filius mandata patris sui; hinc stelle dicuntur filii Dei (Job. xxxix. 7.) itemque homo, quando mandata Dei facit, eodemque sensu dictum est (Psalms. ii. 7.) filius meus es tu.

en es. Nempe quando Christiani ita argumentantur: Quicunque est verus & naturalis Dei filius, est verus & æternus DEVS. Messias est verus & naturalis Deifilius E. Kimchi negat propositionem minorum, quippe quæ tropicè accipienda sit. Atqui hoc firmiter probare debebat, non verò ita nude tantum asserere, ei enim, qui à litera recedit, probationis onus incumbit, non verò illi, qui proprietatem verborum retinet. Nondum verò ulla urgens necessitas allata est: quod enim alibi filius DEI tropicè explicatur & hominem Deo dilectum significat, ea insufficiens ratio est & infirmior, quam quæ à propria verborum significatione nos dimovere possit, cum contra omnem bonam Logicam sit ista Iudæis cum Socinianis communis argumentatio: alibi vox hæc vel illa tropicè accipitur. Ergò hoc quoque loco tropicam esse necesse est. Accedit quod Kimchi verba, in quibus nervus & caput controversiae consistit, studio omisso videatur: nec enim Christiani ex sola & nuda filij Dei voce argumentantur, & probè noverunt, non omnem qui quoquo modo in sacris litteris filius Dei appellatur, verum & æternum DEVUM esse, quo pacto Angelis etiam, Magistratibus piisque omnibus divinam æternamque naturam attribuerent. Ita verò argumentum suum formant: Quicunque est filius Dei naturalis, ex ipsa substantia DEI ab omni æternitate genitus, is est verus &

æternus Deus, sub qua majore nec Angeli nec magistratus nec prij subsumi possunt sed solus Messias. Sunt quidem illi filii Dei, non tamen veri, proprijs naturales aut ab æterno ex Deo geniti, sed in tempore facti & ex gratia adoptati: Messias vero nullo modo potest dici filius DEI in tempore factus, sed est ab æterno ex Patris essentia genitus, eoque verus & naturalis Dei filius. Qua distinctione observata jam facile responderi potest ad omnia loca, quæ Kimchi adfert, cum primis vero eum, qui legitur Ex. iv. 22. *בְּנֵי בָכֹרִי יִשְׂרָאֵל* filius meus primogenitus est Israel. Vti enim *בָכֹר* generationem non involvit, ita quoque populus Israeliticus filius DEI naturalis non est, nec ex DEI substantia genitus, unde nihil aliud ea voce designatur, quam populi Israelitici præ reliquis omnibus eximia dignitas, qualis inter fratres primogeniti esse solet, ut ipsi Rabbini explicant. Ita R. Salomo Iarchi ad hunc locum: *בְּנֵי בָכֹרִי לְשׁוֹן גְּדוֹלָה* כמו גם אני *בָכֹר* אהנו וו' פשוטו ומרשו כן חותם הקכח על מכירת הבכורת *שְׁלַקְחַ וַעֲקוֹב* מעשו: *Primogenitus filius significat dignitatem & excellentiam uti Psal. LXXXIX. 28. primogenitum constitutum eum;* atq. hic est sensus literalis, allegoricus autem, quod subscribat Sanctus Benedictus ille venditioni primogenituræ, quam Iacobus ab Esayo accep- rat. Nec multum abludit Aben Ezra: *בְּנֵי בָכֹרִי זֶה*

הנוי

הנז שערוני אבותם בראלה ואנו חומל עליו כאשר וחמור
 איש על בן העבר אותו : *filius meus primogenitus, hoc
 est, gens, cuius majores ab initio me coluerunt, & ego
 misereor ejus, veluti vir miseretur filii, qui eum timet.*
 R. David Kimchi in comment. Ier. xxxi. 9. refert ad
 DEI dilectionem,
 והוא אמר בכורי הוא פירוש חביב
 הנז עלי כבן הבכור לאביו וכן אמר בני בכורי ישראל
 לענן חביב ואהובך וכחוי ואפרוי חביב הוא קרמו
*Quando dicitur (Ier. xxxi. 9.) Ephraim primogenitus
 meus est, sensus est, dilectus & acceptus mihi est sicut
 filius primogenitus patri suo. Et eodem sensu dicitur*
*(Ex. iv. 22.) filius primogenitus meus est Israel, & si-
 gnificatur amor & dilectio, atq; inde Jonathan in*
*Targum reddit: Ephraim est dilectus coram me. Lip-
 manus in ספר נצחון explicat de sanctificatione,*
*hinc n. 292, ita scribit: מرحם משור לך קאי על וישראל
 עמו שיש להם קרושת הרחם כמו קרש לך כל בכור פטר רחם
 וכתייב בני בכורי ישראל שכולם קושים בכוכורי אלמיה
 שוחבנורים שביהם מקודשים בותה: Quod dictum est (Ps.
 cx. 3.) ab utero aurora tibi, hoc pertinet ad Israelitas,
 quibus est sanctificatio uteri, ut (Ex. xiii. 2.) sanctifica
 mihi omne primogenitum, quod uterum aperit. Et scri-
 ptum est (Ex. iv. 22.) filius meus primogenitus Israel,
 quia omnes sancti sunt instar primo genitorum, aut di-
 cendum est, primogenitos inter ipsos majori sanctitate
 pollere.*

XIV. Pergit Kimchi & divinitati Messia ob-
flare caussatur petitionem in Psalm. nostro memo-
ratam: ווער אמר ל'ם האלוה שארם אומרי שאמר
האָב לבְּן שָׁאל מִמֶּנִּי וְאַתָּה גּוֹת לְנַחֲלָתְךָ וְאַתָּה יִשְׂאֵל הַכְּנָז
לאָב וְהַלְּזָה הוּא אֱלֹהָה כְּמוֹהוּוֹשׁ לוֹ כְּכָבָדים וּכְאַפְסִי הָאָרֶץ
כְּמוּהוֹ: *Præterea objice illis, de Deo dicitis, quod Pa-*
ter dixerit ad Filium, pete à me & dabo gentes posseſſio-
nem tuam, quomodo verò rogare potest Filius Patrem? annon ipſe æquè Deus est atq. Pater? annon ipſi æquè
potestas est in gentes & fines terra? Ad hoc responde-
mus i. ipsos alias Talmudistas ultrò concedere,
DEVM quotidie certas orationes fundere, in Talm.
Cod. c. I. f. 7. a. ברכות
אמר רבי יוחנן משום דבר יוסף כ ברכות
מןין שהקrouch ברוך הוא מתפלל שנפטר והבוותים אל הר
קרשי ושמחותים בכבוד הפלתו הפלתם לא נאמר אלא לא הפלתו
מכאן שהקבב מתחפל: *Dixit R. Iochanan nomine R. Iose,*
unde probatur Sanctum Benedictum orare? ex eo quod
dictum est (Ef. lvi. 7.) & adducam eos ad montem san-
ctitatis meæ & exhilarabo eos in domo precationis meæ.
Non est dictum, orationis eorum, sed orationis meæ,
inde probatur, Sanctum Benedictum illum orare. Et in
libro ad Psalm. Lxxvi. f. 113. n. ליקוט
אמר רבו כ רבי יוחנן מתחפל ברכיה מתחלה בריוויז של עולם עשה לו תקrouch ברוך הוא
סוכה בירושלים כוכב היה מתחפל בתוכה ואומר ויה רצין
שיעשו בני רצוני כד רצוי שלא אחריב ביתוי ומרקשי וכיוון שחרב
הוא מתחפל ואומר ויה רצון שיעשו בני תשובה שמרקם
בנין

בנין בתי תרע לְשָׁכֵן הוּא שנאמר והבאים אל הַר קֹרֶשׁ
וכו' בות הפלחים לא נאמר אלא בית הפלתי מלמר שהקרוש
ברוך הוא מתפלל: R. Berachia dixit: ab initio creationis
mundi fecit sibi Sanctus Benedictus ille tabernaculum
Hierosolymis, si fas est dicere, oravit in eo & dixit: sit
beneplacitum meum, ut faciant filii mei voluntatem me-
am, ne devastem domum meam & sanctuarium meum.
Ex quo autem tempore domus desolata est, orat in hunc
modum & dicit: sit beneplacitum meum, ut faciant filii
mei penitentiam, ut maturem reædificationem domus
meæ. Scito rem ita se habere, quia dicitur (Es. LVI. 7.) & ad-
ducam eos ad montem sanctitatis meæ &c. non dicitur,
domus precatiōnis eorum, sed domus orationis meæ,
quod indicio est, Sanctum Benedictum orare. Ex
hypothesi ergo haec & ex mente Iudæorum absur-
dum non fuerit, si vel maximè Servatorem nostrum
secundum divinam etiam naturam orasse, & totius
universi regimen à Patre petiisse affirmaremus. Sed
quia impia & blasphemæ illa sententia est, quæ id mu-
neris Deo tribuit, nec ex citato Es. loco probari po-
test, dicimus 2. Servatorem nostrum non secun-
dum divinam, sed humanam naturam orasse, & to-
tius hujus universi regimen accepisse: Divinitas
enim nullo bono caret, nihil desiderat, nihil ipsi dari
nihil demi potest, ut ipse Aristoteles docet l. i. de
cœlo t. 100. ubi ait, τὸ θεῖον γένεται φαντασία, γένεται
τῶν αὐτοῦ παλῶν ἀδενός ἐστι, Deus nec prævitatem ullam ha-
bet,

bet, nec indigens bonorum ullo est. Et l. ii. M. M. c. 15.
& εἰ οὐ θεός ἐστιν αὐτόμητος καὶ μηδενὸς δεῖται, οὐχὶ τοῦτο γάρ ἡμέστορεν δεῖθησόμεσθα, non si **DEVS** sibi satis est nec ullo indigens, ob hoc & nos nullo indigebimus. Similiter l. vii.
Eudem. c. 12. δῆλον ὡς ἀδενὸς ωφελεόμενος, ἐπειδὴ φίλος δεῖσθαι Θεός, manifestum est, quod nullare egeat Deus, nec amico opus habeat. Hinc Christianos plane non feriunt sequentia Kimchi verba:
וְעַד קֶרֶם הַשְׁאֵלָה לֹא הִוְיָה גָּתָן
בְּגּוּם נִחְלָתוֹ אָמֵן קַצְרָכְךָ הַאלֹהָה מִתְחַלָּה וְאַחֲרֶךָ גַּרְלָתָךְ
כְּתוּ זָהָה לֹא יֹאמֶר בְּאֱלֹהָה: *preterea num ante petitionem*
illam gentes non fuerunt ejus posseβ̄o? quod si ita est,
abbreviata fuit ab initio potentia Dei & postmodum
crevit, quod de Deo affirmare nefas est. Christum
enim secundum divinam naturam non orasse ex ante
dictis constat, unde nec suæ Deitatis intuitu preca-
riū imperium obtinuit. Concedimus Christum
eatenus non esse DEVM, quatenus à Patre quic-
quam petiit aut obtinuit, at petiit secundum huma-
nam naturam, hujus ergo respectu Deum non esse
fatemur, unde tamen non sequitur, eum simpliciter
non esse DEVM. Nec absurdum sed rei, quam nos
SS. docuit, maximè consentaneum est, Christum
secundum humanam naturam regimen illud in tem-
pore accepisse: cùm enim ab æterno homo non fu-
erit, sed in tempore demum humanam naturam af-
sumserit, non nisi in tempore illi omnia ea tradita
sunt.

XV. Verūm

XV. Verum hoc Servatoris nostri regimen
in dubium vocat, imò plane negat Kimchi: וְאַתָּה

יאמר לך כי כנגד הבשר אמר אחר שלקח האלוהות הבשר ואמר
לבשר שישראל ממנה ויתן גוים נחלתו לא הויה והוא כי הבשר לא
הוא לו מלכוות ולא שום שלטנית על גוים מהגויים

Quod si dixerint tibi, hoc secundum carnem intelligendum esse, & divinitatem assumtæ humanitati dixisse, ut peteret à se &c. res ita se non habet, quia humana natura nullum unquam regnum nullumq; imperium in ullam gentem obtinuit. Lipmannus ad h. Psalm. אימתי מלך הנוצרי על ציוויליזציוניסטי regnauit Nazarenus super Sion?
Ita insipientes Iudei & modi, quo regnum suum Christus moderatur, proflus ignari, non nisi terrenum & externum regimen sibi fingunt, nec divinum atque occultum imperium admittunt. Rex est Servator noster, sed non terrenus, hinc nec in monte Sion, nedum per universum orbem terrenum regnum tenuit, imò regnum mundanum sibi delatum apertè recusavit, & regnum suum de hoc mundo esse coram Pilato negavit. Spiritualis itaque Rex est, & invisibilibus modis potestatem regiam exercet, dum Ecclesiam suam ab Apostolis plantatam regit, conservat, & potentia sua divina illi semper adest, ut portæ inferorum adversus eam non prævalcant, quod reapse experti sunt Romani Imperatores, qui ab initio statim primitivæ Ecclesiæ variis suppliciis

E

in

in Christianos grassati sunt; et si enim omnes Christianæ religioni inimicissimi erant, eamque tria, sere integra secula vehementissimè oppugnabant, frustra nihilominus fuerunt, & Christi regnum contra omnes persecutio[n]es magis magisque prævaluit. Eadem adhuc hodie in cœlos ad dextram Patris eve[n]to omnes creaturæ tam cælestes quam terrestres & infernales genua, velint nolint, flectere coguntur. Nec obstat, quod regnum suum visibiliter non administrat, cum DEVS quoque mundum hunc gubernet, qui tamen oculis corporeis videri nequit. Pulchrè auctor I. de mundo c. 6. ὁ πάντων ἡγεμόν πέρι γενέτως ἀρχατος ὡς ἀδωτ, πλὴν λογισμῷ, οmnium princeps Θ parens non nisi ratione videri potest. Et paulo post: τὸ μιᾶς ροῆς ὀργανωμένων απάντων γίνεται τὰ ὄκεια καὶ τάυτα ἀρχήτας καὶ ἀφαντος ὅπερ ὑδατιῶσθε δέσιν ἐμπόδιον, καὶ εὐείναι τοῦτο δρα[ν], εἰ τὸ ημῖν ὕδωρ τὸ πιεῖσθαι καὶ τὸ ἡψυχή, διὸ οὐδὲν τε καὶ πολεῖς καὶ οὐκεὶς ἔχομεν, ἀδρα[ν]ος δύσι, τοιτέροις ἀντοῖς ορέσται πάντα καὶ τοῖς θεοῖς διανοεῖθαι, δυνάμεις μὲν ὄντος ιατρεύτηρ, καὶ λάβει δὲ εὐπεπτοτάτης, ξενὸν δὲ ἀφανάτης, αρετὴ δὲ περίλεξις διοικητὴ Θυτῆ Φύσει γενέμενος αἰθαλέος, απὸ αὐτῶν τῶν ἔργων δειγμάτων τὰ τοῦ πατέρος, καὶ τὰ διαρρέοντα απαντά, καὶ τὰ οὔτι γένεται, καὶ τὰ εὐδαίμονα, θεοὶ λέγοιτο ἀντωνίας ἔργα εἶναι, τὰ τὸν κόσμον ἐπέχοντο. cum ab una vi impulsrice cieantur omnia, fit utiq[ue] quod cuiq[ue] commodum est Θ conveniens; nec verò, si ea vis ipsa nec cerni ab hominibus nec apparere potest, quoquo pacto id obstat aut illi ad ea agenda, aut nobis ad fidem hisce rebus accommodandam. Nam Θ anima ipsa, qua

vi viiius

Vivinus, qua urbes, qua domos habitamus, cum haud
quaquam sub aspectum nostrum sita sit, operibus tamen
ipsis videtur — proinde hæc etiam de Deo nobis senti-
enda sunt, illo quidem, si vim sp̄ecies, valentissimo: si
deorem, formosissimo: si vitam, immortali: deniq; si
virtutem, præstantissimo. Quapropter cum sit incon-
spicabilis naturæ omni interituræ, ipsis nibilo secus cer-
nitur ab operibus; & ea quidem que in aëre fiunt, que
in terra, que in aqua, ea certè Dei opera esse meritò
dixerimus: Dei, inquam, opera cum imperio summo
mundum obtinentis. Rursus: ὅτῳ ἐν τῷ οὐρανῷ τοῖς,
ἄγματι δὲ ἡνίοχος, ἐν χοῦῳ δὲ πολυφάνης, ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν
στραπέδῳ δὲ πύγμῳ, τόπῳ γεὸς ἐν κόσμῳ, quod in navi guber-
nator est, quod in curru agitator, quod in choro præcen-
tor, quod lex in civitate, & dux in exercitu, hoc Deus
est in mundo, id quod eleganti similitudine declarat &
concludit, quod omnia omnino sint τοῖς ταῖς πειθόμεναι
τεσμοῖς legibus divinis obtemperantia. Ita ergo
DEVS non modò Rex est invisibilis, sed &, quod
additum oportuit, איש מלחמה bellator Ex. xv. 3.
qui tamen non armis & copiis, sed solius nominis vi
depugnat, & quod Raschi ad eum I. monet,
מלחמותיו לא בכליו זון אלא בשם הוָא נלחם bella sua non
instrumentis & armis, sed nomine suo gerit. Quid ergo
obstat, quo minas noster quoque Servator Rex sit,
bellis præsideat, & quos vult, hostes fundat, et si nec
gladio neque hasta hostes suos prosternit?

XVI. Atque hæc fuerunt argumenta illa, quibus Kimchi ad Christianorum sententiam convellendam, & quod inde sequitur, personarum in es-
sentia divina distinctionem negandam temerè ductus
fuit, quæ quām levia atque inania fuerint, dilucide
demonstravimus: quibus suam tandem sententiam
subtexit וְאַתָּה מִמֶּרְפִּירְשׁוֹ הַפְּرָשָׁנָה עַל אֶחָד מְשֻׁנָּה:
si quæstiverint ex te expositionem ejus, explica eum vel de Davide vel de Messia.
Quod hanc sententiam attinet, qua Psalm. hic de Davide exponitur, eam & alij è Iudæis
fovent, v. g. R. Salomo Iarchi, et si enim is in commi-
fatetur, veteres Iudæorum Magistros Psalm. II, de
Messia mysticè exposuisse, è vestigio tamen addit:
וְלֹפֵי מִשְׁמָעוֹ נְכוֹן לְפִתְרוֹ עַל רֹוד עַצְמוֹ לְעַנֵּין שְׁנָאָמֵר וּשְׁמָעוֹ
פְּלַשְׁתִּים כִּי מִשְׁחָז יִשְׂרָאֵל אֶת רֹוד לְמֶלֶךְ עַל יִהְיָה וּקְבָצָו
פְּלַשְׁתִּים אֶת מְחִנּוֹתָם וּגְנִפְלוּ בִּירוֹ וּעֲלֵיהֶם אָמֵר לְמֹרֶה רָגְשָׁו
at juxta sensum literalem convenit eum exponere de
Davide ipso, juxta id quod dicitur: et audiverunt Phi-
listæi, unxiisse Israelitas Davidem in regem, et congre-
garunt castra sua, et de illis dictum est (Psalm. II. i.)
quare tumuli uantur populi &c. Sic Aben Esra ibid.
& Lipmannus hos secutus:
כִּי הַמּוֹטֵר מִוכְחוֹ שְׁעַל רֹוד
עַצְמוֹ קָאֵי שְׁנָאָמֵר הַחֲצִיבוֹ מֶלֶכְנוֹ אָרֶץ וּנוֹזְנוֹם נָסְרוֹ יְחִידָה עַל
יוֹחָה וְעַל מִשְׁיחָו נְתַקֵּחַ אֵת מְסֻרוֹתָמוֹ וְגֹטָ' כְּלָוטָר לְמֹרֶד
בְּמַלְכָתוֹ וְאָמֵר יוֹחָה וְלֹעֲגַל לְמוֹן וְאָמֵר עָרָךְ וְאַנְיִי נְסַכְתִּי מַלְכִי
על

על הר קרשי וזה רוד ווער שאמר המשורר ה' אטר אל, וזה
רוד שריבור ה' עמו ומזה היה הויbor בני אתה נמצאי שרו
הוואחן: *Integer Psalmus ostendit, quod ad Davidem ipsum pertineat, ut dicitur (v. 2. seq.) congregati sunt Reges terrae & principes consultarunt in unum, contra Dominum unicatumq[ue] illius, dirumpamus vincula eorum, q. d. ut rebellemus regno ejus.* Ait vero, dominus subfannabit illos &c. eò usq[ue], & constitui Regem meum super montem Sion montem sanctum meum, atq[ue] hic est David. Porrò quando dicitur: *Dominus dixit ad me, is est David, cum quo locutus est Dominus: & quis fuit sermo ille? hic: filius meus es tu &c. ex quo relinquitur, Davidem ipsum esse illum filium.*

XVII. Huic tamen interpretationi opponimus non tantum testimonia Talmudistarum supra à nobis in medium allata, qui de Messia Psalm. II. exponunt, verum etiam R. Iosephum Iabez, qui expositionem illam ex professo refellit, è quo hæc notari possunt, quæ Constantinus L. Empereur citat in præfatione sua libro *חילכות עולם præfixa:* הרבה המפרשים השתרלו לפרש זה המומר על דורי בחרחה מלכותו שכחוב שם ושמו פלשתינס וכו' אבל או אפשר לפרש כל המומר על להשלהות לפיו זה הורך כי למן וקראו סרני פלשתים מלכי ארץ ורוזנים ואינם כי אם מלכה שלטה בין נתקה את מוסרתו כי עירין לא היו עליהם מוסרות כי אחר כך נתנים ותברך בור רוד וכו' שאל ממן וכו' והרו לא נתנים כלם בור רוד כי לשין ואחוותך אפס ארץ וויה

כִּי יָכֹשׁ כָּל הַעוֹלָם Multum occupati fuere interpretes, ut hunc Psalmum de Davide exponerent, quum regnare inciperet, ex eo, quod scriptum est (II Sam. v, 17.) & audiverunt Philistæ &c. Sed non est possibile, ut totum Psalmum perfectè hac via exponamus: nam quare satrapæ Philistæorum vocarentur reges terræ & principes, cum non nisi regnum humile constituerent? Idem sibi vult v. 3. disrumpamus vincula eorum, quia nondum ipsis vincula incumbebant, nam postea demum ipsis sanctus Benedictus in manum Davidis tradidit. Similiter v. 8. pete à me &c. ecce enim ipsis omnes non tradidit in manum Davidis, cum phrasis v. 8. & possessionem tuam fines terræ, ostendat ipsum subjugaturum universum mundum. Quibus addimus reliqua prædicata, in Psalmo II. memorata, quæ in nullam creaturam competit: Is enim h. l. per Messiam intelligitur, quem Deus ab omni æternitate ex sua substantia produxit v. 7. Atqui Davidem DEVS ab æterno ex substantia sua non produxit. E. 2. Messia huic promittitur imperium nullis terminis circumscriptum, hereditarium, & quod non tantum ad gentes monti Sion conterminas, sed totum orbem ejusque terminos se extendat v. 8. quod rursus Davidi non competit, utpote qui ad terminos usque terræ nunquam imperasse legitur nec imperavit. 3. Is intelligitur, quem Reges osculari, hoc est, omnibus

bus subjectionis officijs & humili obsequio venerari
debent, nisi perire & de medio tolli velint v. 12.
quis verò Regum terræ in Europa, Asia, Africa obe-
dientiam & homagium Davidi præstítit? imò quis
ob detrectatum illud officium periit? 4. Is filius h.l.
intelligitur, in quo mentis fiducia est collocanda,
v. 12. imò omnigenæ beatitudines promittuntur illis,
qui ab ipso firma spe pendent; at in Davidem hoc præ-
dicatum rursus non competit, maledictus enim est,
qui confidit in homine Ier. xvii. 5. Nos ita colligi-
mus: Quemcunque DEVS ab æterno ex sua sub-
stantia produxit, & in quo mentis fiducia est collo-
canda, est verus & æternus DEVS. Messias est is,
quem DEVS ab æterno ex sua substantia pro-
duxit, & in quo mentis fiducia est collocanda.

E. Messias est verus & æternus
DEVS.

F I N I S



Ad Eximum

Dn. RESPONDENTE M.

RECHT so Herr Sonnenman / so fahret foehre zu streben
Nach dem was Tugend ist / laßt euren Sinn nicht kleben

An dieser Eytelfkeit / freckt euch nur ferner dran /
Vnd klemmet algemacht den Ehren-Berg hinan.
Woferne jemand wil in hohen Ehren prangen /
So mus er sie zuvor mit Arbeit erst erlangen :
Sucht ein verschmitzt Gemüthe der Klugheit edlen Schein /
So muß es grosser Mühs nicht ungewohnet sein.
Dieß wisset ihr gar wol / ihr die ihr die Gemühter
Auff Tugend wendet hin / vnd vmb Verstandes Güter
Allein bemühet seid / auch ihr insonderheit /
Herr Sonnenman / liebster Freund / wie wol ihr eure Zeit
Bishero angelegt / das kan Man hier jec spüren.
Wolan / es wird euch bald Apollo selbstten zieren
Mit einem Ehren-Kranz / vnd wird euch algemach
Erschwingen hoch empor bis an der Sternen Dach.
Der grosse Himmels-Gott der lass' euch länger leben
Als Nestors Leben ist / all Unglück muß sich heben
Von euren Thüren weg! Dieß wünsch' ich wie ein Freund /
Der alles / was er wünscht / auch recht von Herzen meint.
Dieses schrieb in Eyl seinem geliebten
Freund.


N. V. W.


Je 1151^x

ULB Halle

3

005 135 184





Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86

B.I.G.

ATIO
PHILO-
ICA
udæos,

M
NTE GRATIA,

DE
HILPER TO,
professore publ.

mia Iulia
i submittit

JNEMANNVS

s,

Iunij.

ADI,

LLERI Acad. Typ.

LIII.